



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 6. Vigeuanensis Ager.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

T E S } GACIARONVS: *Monte Gaciarono*, parisi ferè cum superiore celsitudinis, famosus Dulcini hæretici secessu cum vxore suâ Margaritâ, & quingentis aliis: coactus est ciborum penuriâ, & frigore sese dedere. In loco quem occuparat condita est ædes D. Bernardo sacra.

N V M. 6. *Viguanensis Ager*: Viguanasco.

V R - } VIGEVANVM: *Vigevano*, effecta ciuitas à Clemente VII. an. 1530. in gratiam Franc. Sfortiæ II. quidam vicum Veneris nominant, quidam Vegliuenum, Volaterranus Vegiuatum. Fabulam sapit quod scribit Carinus conditam esse à M. Marcello post deuictum Viridomarum, nam noua ciuitas est. In eâ habitauerunt aliquando Duces Mediolanenses. Malè multata est bellis inter Carolum V. & Franciscum I.

V A - } SFORTIACA prædium: *Sforcesca*, in tabulis corruptè *Sforcesca*, villa peramcena à Ludouico Sfortia Duce constructa. In eam perducta fuerunt duo incilia, vnum ex Ticino, alterum ex Nouariâ fluuiis.

NEN - } Gambolate: *Gambalo*, pagus lautus, & nitidus; locum putant aliqui apud Amm. Marcel. lib. 15. vocari Ad Columnas, non improbabiler.

SIS. } Langosca: *Langosca*, ad Fl. Sessiam.

FLV - } TICINVS: *le Tesin*.

VII. } NOVARIA: *la Gogna*.

Albunea: *Albonca*.

Terdopius: *Terdopio*.

N V M. 7. *Ticinensis Ager, seu Papiensis, Territorio di Pavia, vel Pauesc.*

VR - } PAPIA, olim Ticinum: *Pavia*, nobis *Pauie*, de huius origine vide fabulas si otium est apud Leandrum. Sed quomodo vox *Ticinum*, immutata est in hanc *Papia*?

BES } Luitprandus ait sic dictam à particulâ admirationis *Pape*, quòd mirabili rerum copiâ abundet; alij quasi *Patri Pia*, alij à Papyrio Regis Francorum nepote;

Parall. Geogr. Tom. II.

H H h h